



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Praefatio Anastasii Bibliothecarii In Septimam Synodvm, Ad Ioannem VIII.
Pont. Max.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

PRÆFATIO

ANNO CHRISTI 787. ANASTASII BIBLIOTHECARIII
IN SEPTIMAM SYNODVM,
AD IOANNEM VIII. PONT. MAX.

*Domino coangelico Iohanni pontifici summo & vniuersali papæ
Anastasius exiguus.*

Ex interpretata nuper decessori vestræ beatitudinis & vniuersali Synodo. Indecorum & inconueniens arbitratus sum septimam Synodum, quæ præsidente in vicariis suis beatæ recordationis prædecessore vestro * Hadriano apud Nicæam secundo conueniens sub Irene seu Constantino imperatoribus celebrata est, non habere Latinos. Nam nulla ratione octaua dicitur vel teneri poterit, vbi septima non habetur: non quod ante nos minime fuerit interpretata, sed quod interpretes pene per singula relicto vtriusque linguæ idiomate, adeo fuerit verbum e verbo secutus, vt quid in eadem editione intelligatur, aut vix aut nunquam possit aduerti, in fastidiumque versa legentium, pene ab omnibus hac pro causâ contemnatur. Vnde a quibusdam nec ipsa lectione, vt non dicam transcriptione, digna penitus iudicatur. quod ipse intuens, nec proprio infirmo corpori parcens, auxiliante Domino hanc nisus sum interpretari Latinis, indecens & incongruum censens vestram maxime omnium ecclesiarum magistram, Romanam videlicet ecclesiam, eadem Synodo defraudari, cum videam posteriori, id est octaua, magnificentissime decorari. Præsertim cum sacræ bibliothecæ vestræ, cuius minister vestra dignatione consisto, ex hoc quod desuper mihi datum est, debitor sum ministrare: si tamen æmulatus Apostolum, ministerium meum studeam honorare. Sane notandum est, quædam in hac Synodo ex apostolorum & sextæ vniuersalis Synodi Canonibus & sententiis inueniri, quæ penes nos interpretata nec habentur nec admittuntur. Et certe de apostolorum Canonibus liquido nouimus, quoniam his quidam facile

* Il. Hadrianus hic erat.

* De Hadriano loquitur huius nominis I.

* i. Pontifi-
cū Roman.

* œcume-
nicum

non præbuere consensum. Sed & prædecessor vester be-
atissimus papa Stephanus non ex his plusquam quinquagin-
ta recipiendos synodice promulgauit; licet quædam con-
stituta pontificum ex ipsis Canonibus assumpta esse vi-
deantur. Vnde apostolatu vestro decernente non solum
illos solos 50. Canones ecclesia recipit, sed & omnes * eo-
rum, utpote Spiritus sancti tubarum, quin & omnium
omnino probabilium patrum, & sanctorum Concilio-
rum regulas & institutiones admittit, illas dumtaxat quæ
nec rectæ fidei, nec probis moribus obuiant, sed nec se-
dis Romanæ decretis ad modicum quid resultant, qui po-
tius aduersarios, id est, hæreticos potenter impugnant.
Ergo regulas, quas Græci a sexta Synodo perhibent edi-
tas, ita in hac Synodo principalis sedes admittit, ut nulla-
tenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus Canonibus vel
decretis sanctorum sedis huius pontificum, aut certe bo-
nis moribus inueniuntur aduersæ: quamuis omnes hæc-
tenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec
interpretatæ; sed nec in ceterarum patriarchalium se-
dium, licet Græca utantur lingua, reperiantur archiuis:
nimirum quia nulla earum cum ederentur, aut promul-
gans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est.
quamquam eosdem patres illas Græci promulgasse perhi-
beant, qui in sexta Synodo sunt inuenti: sed hoc nullis
probare certis possunt indiciis. In eo sane, quo frequen-
ter * vniuersalem in hac Synodo Græci patriarcham suum
inconuenienter appellant, apostolatus vester adulationi
veniam det, sæpe prælatis suis non sine reprehensione
placere studentium. Verum cum apud Constantinopo-
lim positus frequenter Græcos super hoc vocabulo re-
prehenderem, & fastus vel arrogantia redarguerem;
asserebant, quod non ideo œcumenicum, quem multi
vniuersalem interpretati sunt, dicerent patriarcham,
quod vniuersi orbis teneat præfulatum; sed quod cui-
dam parti præsit orbis, quæ a Christianis inhabitatur.
Nam quod Græci œcumenem vocant, a Latinis non
solum orbis, a cuius vniuersitate vniuersalis appellatur,
verum etiam habitatio, vel locus habitabilis nuncupa-
tur. Sed & illud notandum, quoniam ubicumque in hu-
ius Synodi textu subsistentiam posui, personam intelli-

ANNO
 CHRISTI
 787.

volui. Quod enim Græce hypostasis dicitur, hoc nonnulli personam, nonnulli vero substantiam interpretati sunt. Porro substantiam multi personam, multi vero substantiam etiam intellexerunt. At illos ego secutus, qui substantiam non substantiam, sed personam intelligi voluerunt (magni quippe sunt) vbicumque Græce in hoc codice hypostasim reperi, in substantiam transtuli, hanc personam, sicut & alii quamplurimi, volens intelligi. Tanta igitur auctoritate sancta ecclesia prædita non potest dissimulare. non potest quisque semet rationabiliter ab imaginum sacrarum adoratione auertere. Alioquin vestra debet pia doctrina doceri, censuraque apostolica corrigi. Præsertim cum nulli sit fas a suo capite * discidendi, nec quod vestram viderit tenere sedem, quæ omnium est magistra, quoquomodo respuendi. Quæ enim super venerabilium imaginum adoratione præsens Synodus docet, hæc & apostolica sedes vestra, sicut nonnulla conscripta innuunt, antiquitus tenuit, & vniuersalis ecclesia semper venerata est, & hæcenus veneratur: quibusdam dumtaxat Gallorum exceptis, quibus utique nondum est harum utilitas reuelata. Aiunt namque quod non sit quodlibet opus manuum hominum adorandum; quasi non sit codex euangeliorum opus manuum hominum, quem quotidie osculantes adorant; venerabilior cane, quem non esse opus manuum hominum procul dubio non negabunt. Similiter & forma sanctæ crucis, quam se adorare omnes vbique Christiani fatentur: in quo videlicet considerare libet, quia si quamlibet crucem auream vel argenteam aut ligneam adoramus, quæ utique non eadem est ipsa crux, in qua salus nostra patrata est, sed figura & imago eius; quare non adoremus figuram & imaginem eius, qui eandem salutem operatus est in medio terræ? Venerabilior namque est qui salutem operatus est, quam ea materia, in qua idem salutem operatus est. Ac per hoc magis est adoratione digna imago Christi salutem operantis, quam imago crucis salutem tantummodo baiulantis. Quamobrem beatissime papa super montem excelsum ascende, sta in fortitudine, quasi tuba vocem exalta. Ecce enim Deo auctore, angelo tua, vt quondam Petri, percutiente *AA. 11.*

latera surrexisti; lumbos accinxisti, lucernam accendisti, zelo Dei comederis. superest tantum, vt fidem quam credis, doceas: viam quam tenes, cunctis ostendas. Quatenus Deo auctore, te filio excussorum, prophetarum scilicet & apostolorum, ductore, per inuia nos omnes Christi oues solertia tuae per Petrum & in petra commissae, inoffensis gressibus incedamus, & ad amœna vitæ perennis pascua Christo aperiente, qui claues regni in ipso & per ipsum tibi tradidit, feliciter ingredi mereamur. Apostolorum vestrum ad exaltationem ecclesiæ suæ, ac communem nostrum salutem, per multos annos gratia superna custodiat, domine sanctissime papa.

Tituli designantes in breui quæ in hoc codice continentur.

P RIMA actio continet testimonia diuersarum probabilium scripturarum, quibus ostenditur hæreticos ab hæresi ad orthodoxam fidem conuersos posse suscipi. Similiter & eos, qui cum fuerint sintve orthodoxi, manus tamen impositionem ab hæreticis habuerunt.

Secunda vero continet actio lectionem epistolarum Hadriani papæ Romani, & secundum tenorem earum cunctorum sacerdotum qui interfuerunt Synodo, professionem & promulgationem.

Tertia autem actio continet receptionem antistitum ab hæresi conuersorum, & synodica Tarasii patriarchæ, & rescripta orientalium sacerdotum, nec non & subscriptiones episcoporum, Hadriani papæ ac orientalium pontificum scripta approbantium, & ita se sapere profitentium.

Quarta dehinc actio circumfert testimonia sacrae scripturæ ac diuersorum sanctorum patrum pro imaginibus.

Quinta præterea continet actio testimonia ostendentia, Iconomachos æqualia super imaginibus reprobis quibusque operari vel sapere hæreticis.

Sexta vero designat actio hæreticorum blasphemias, & harum validam destructionem.

Septima porro circumfert actio terminum sanctæ Synodi huius, subscriptiones episcoporum, epistolam Synodi imperatoribus missam. Item aliam ad clerum Constan-

ANNO
 CHRISTI
 787.

tinopolitanum ; sermonem laudatorium , & Canones ab eadem Synodo promulgatos. Item epistolam Tarasii sanctissimi patriarchæ ad Hadrianum summum pontificem pro Synodo. Item eiusdem ad eundem de non ordinandis ecclesiasticis officiis per pecunias. Item eiusdem ad Iohannem presbyterum , hegumenum & anachoretam , pro eadem re.

Dialis sacra directa a Constantino & Irene Augustis ad sanctissimum & beatissimum Hadrianum papam senioris Romæ.

QVIA Domino nostro Iesu Christo vero Deo nostro suscipiunt siue imperii dignitatem, siue principalis sacerdotii honorem, debent quæ illi placita sunt, & cogitare & curare, & creditos sibi ab illo populos secundum eius voluntatem regere & gubernare. Ergo debitum nobis & vobis, o sanctissimum caput, hoc est, ut irreprehensibiliter quæ eius sunt sapiamus, & in suis versetur, utpote ab ipso nos quidem imperium, vos vero principalis sacerdotii dignitatem suscipientes. Incipimus ergo hinc sermonem. Scit vestra paterna beatitudo quæ pridem facta sunt in hac nostra regia ciuitate propter venerabiles imagines; qualiter qui ante nos regnauerunt, eas destruxerunt, & in dehonestatem atque iniuriam posuerunt: (utinam illis non imputetur; melius enim fuerat non mittere manus suas in ecclesiam;) & omnem populum qui hic est, imo orientalem eodem modo seduxerunt, & in propriam voluntatem retraxerunt: usquequo Deus suscitauit nos regnare in his, qui in veritate quærimus gloriam eius, & tenere quæ tradita sunt ab apostolis suis & omnibus simul doctoribus. Vnde nunc constanter cum mundo corde & vero cultu, quæ ad Deum pertinent, vna cum omnibus subditis nostris, & his sacerdotibus doctissimis, locuti sumus, & cum consilio decreuimus, ut fieret vniuersale Concilium. Et rogamus vestram paternam beatitudinem; imo vero Dominus Deus rogat, qui vult omnes saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire; ut det seipsam, & nullam tarditatem faciat, & ascendat huc in stabilitatem & firmitatem antiquæ traditionis super venerabilibus imaginibus. debitum enim illi est hoc facere; agnoscit vero quia scriptum est:

1. Tim. 2.

Ifai. 40. *Malach. 2.* *Rom. 15.* *Math. 18.* *Math. 16.* *ANNO CHRISTI 787.*

*Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, dicit Dominus. Et, Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & de ore eius egredietur lex, quoniam angelus Domini exercituum est. Et iterum diuinus & veritatis prædicator Apostolus, qui ab Ierusalem & circuitu vsque Illyricum prædicauit euangelium, sic mandauit: Pascite gregem Domini cum disciplina, quem acquisiuit proprio sanguine. Et tamquam verus primus sacerdos, & is qui in loco & sede sancti & superlaudabilis apostoli Petri præsidet, sicut dictum est, ascendat, & simul cum omnibus sacerdotibus qui hic sunt, inueniatur, & voluntas Domini fiat: Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, sicut euangelice didicimus, ibi sum in medio eorum. Certificetur enim & confirmetur a magno Deo & rege, omniumque Domino nostro Iesu Christo, & a nobis seruis eius, quod ascendentem vestram paternam & sacram beatitudinem huc cum omni honore & gloria habemus & suscipere, & quæ opportuna sunt impartiri. Et iterum expleto capitulo, quod beneplacito Dei Christi speramus fieri, cum honore & magnitudine præire illam habemus ad remeandum ad propria. Si enim non potuerit ascendere huc (quod putamus non fieri: scimus enim eum studiosum esse circa diuina) eligat viros honorabiles, habentes scientiam, & dirigat vna cum syllabis, vt inueniantur ex persona sacræ & paternæ vestræ beatitudinis hic. Verumtamen conuenientibus ipsis cum omnibus sacerdotibus qui hic sunt, synodice confirmetur antiqua traditio sanctorum patrum nostrorum, & confundatur omne zizanium male plantatum, & Domini nostri saluatoris Iesu Christi verbum impleatur, quoniam *portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Et ex hoc non sit schisma & separatio in vna sancta catholica & apostolica ecclesia, cuius est caput ipse Christus verus Deus noster. Constantinum præterea sanctissimum episcopum Leontinum Christo amabilis Sicilia nostræ insulæ, quem etiam noscitur paterna vestra beatitudo, adduximus ad nos, & facie ad faciem loquentes direximus cum præsentis nostræ venerabili iussione ad vos. Qui cum venerit ad vos, continuo absolue eum, vt remeet ad nos, scribens nobis per ipsum aduentum tuum, quibus diebus habet moueri illinc, & proficisci ad nos. porro sancti-*

ANNO
 CHRISTI
 787.

Altissimum episcopum Neapolitanum omnino tenere habet, vt cum ipso ascendat huc. Etenim iter vestrum per Neapolim & Siciliam habet fieri; & super hoc stratego Sicilia iussimus, vt omnis requiei & honoris vestri curam habeat, quo veniat vestra paterna beatitudo ad nos. (Legimus.) Data IV. Kalendas Septembris, indictione VII. a regia vrbe.

Πρακτικὰ τῆς ἐβδόμης σινοόδου.

Απολογητικὸς πρὸς τὸ λαὸν σχεδιασθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἣ ἐδήλωσαν ὁ βασιλευσσι τοῖς λαοῖς ἔργα πατριαρχίῳ, πρὸς Ταρσίου τῆς καὶ προχρηματῆρος εἰς ἰνδικτιῶνα ὀγδόῳ, ἐποὶς δὲ κτίσεως κόσμου 5547.

Οἱ τῆς ἀμαρτήτου ἡμῶν πίστεως τῆς Χριστιανῶν φύλακες, ἔχοντες τὰ εἰς δοξαίαν τῶν γεννηθῶν βασιλείων ἡμῶν, ὡς πάντων εἰς ἀρεσκείαν αὐτῶν, καὶ εἰς συμφέρον ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πρὸς φροντίδα ποιούμενοι, μάλιστ' αὖτ' ἐκκλησιαστικῶν ἔργων Ἰππικῶς διαμελεμήσαντες, ἔχοντες δὲ ἀρεσκείαν πρὸς χεῖρα προχρηματῆρα ἐν ταύτῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτῶν πόλει, Ἰππικῶς ἀπέβη αὐτῶν νοῦν με ἀνέλαβον, καὶ φανεροῦς μοι εἰπέτω τὸ βεβουλημένον αὐτοῖς ἐκέλευσαν. ἐμοὶ δὲ πρὸς ποδοπατήριον ἐμαυτὸν ἐπὶ δροφωαμῶν, καὶ μηδὲ μὲν συγκατάδεσιν ποιησαμῶν, ὡς ἔχοντες τὴν φορτίου μὴ δυναμῶν βασιλείᾳ ἢ ὑπενεγκεῖν, ἐκέλευσαν με παραγγεῖλαι κατὰ πρῶτον ἡμῶν, διότι καὶ σύμφηροι γέγονατε τῇ βουλῇ ταύτῃ καὶ νῦν οὐκ ἀνδρες φοβούμενοι τὸ θεόν, καὶ ἔχοντες αὐτὸν ἀεὶ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ὁ τῆς Χριστοῦ κλήσεως τῆς ἀληθινοῦς θεοῦ ἡμῶν ὄνομαζόμενοι, Χριστιανοὶ λέγω,

Concil. Tom. 19.

Apologeticus ad populum a Tarasio a secretis compendiose dictus die qua intimaerunt imperantes Irene & Constantinus populis, vt fieret patriarcha: qui & promotus est indictione octava, anno a creatione mundi 6293.

IMMACULATÆ fidei nostræ, id est, Christianorum custodes, & eorum quæ in gloriam Dei fiunt æmulatores, fideles imperatores nostri, tamquam omnium in beneplacitum eius, & in commodum nostrum, Christianorum videlicet curam facientes, & maxime nunc ecclesiastica negotia diligenter & sollicitè considerantes, quo summus sacerdos in hac regia vrbe sua constitueretur, in suæ pietatis animum me assumpserunt, & vt manifestum mihi redderetur quod consiliati sunt, preceperunt. Cum ego hoc me indignum esse pronuntiarem, & nullam condescensionem facerem (vtpote qui iugum huius sarcinæ portare & sufferre non possem) iusserunt me adduci ante faciem vestram, pro eo quod & huius consilii participes effecti sitis. & nunc viri Dominum timentes, & eum semper in cordibus vestris habentes, vos aio, qui Christi vocatione, veri videlicet Dei nostri, nominamini Christiani;

F

Audite brevis sermonis ab exi-
 guitate ac humilitate nostra ra-
 tionem. Ego quidem quidquid
 piissimis imperatoribus nostris
 & per omnia orthodoxis re-
 sponderim, etiam in conspectu
 vestro rationis meae apologia
 respondeo. Timore deprimor
 ad consentiendum huic electio-
 ni, & reuereor a facie Dei cur-
 rere taliter & quomodolibet
 incircumspecte, vt non terri-
 bili damnationi succumbam. Si
 enim Paulus diuinus apostolus,
 qui Dei voces audiuit, caelum
 * Gr. fcholā
 * Gr. 9.
 que habuit * correptorem, &
 paradisi inspector effectus est,
 audiuitque arcana verba, &
 portauit nomen Dei in conspe-
 ctu nationum & regum, Corin-
 thiis scribens dicebat: *Ne for-
 te cum aliis predicauerim, ipse
 reprobus efficiar: quomodo ego
 qui in mundo conuersatus, &
 cum laicis connumeratus, im-
 peratoriis ministracionibus mi-
 litauit, sic absque diiudicatio-
 ne atque circumspectione pos-
 sum insilire ad sacerdotii ma-
 gnitudinem? Horrendum con-
 nomen ad exiguitatem meam,
 & temerarium studium: causa
 vero timoris, & meae refutatio-
 nis, haec est. Aspicio enim &
 video ecclesiam, quae super pe-
 tram Christum Deum nostrum
 fundata est, scissam nunc & di-
 uisam, & nos alias atque aliter
 loquentes, & aliter eos Christia-
 nos qui in oriente vnus nobis-
 cum sunt fidei; sed & his concor-
 dantes occidentales, & nos ab
 omnibus illis alienatos, & a se
 per singulos dies anathematiza-
 tos habere. Dira poena est ana-
 thema, procul a Deo emittit, &
 e regno caelorum persequitur,*

ακούσατε βραχυῶς λόγον ἀπολογίας
 παρά τῆς ἡμετέρας βιτελείας ἔ ουδενό-
 πητος. ἐγὼ μὲν εἶπ τοῖς θιστέουσιν ἡμῶν
 βασιλεῶσι καὶ κατὰ πάντα ὀρθοδόξοις
 ἀπελογησάμενος, καὶ ἐνώπιον ὑμῶν
 προσεαπολογησάμαι· ὅτι φόβω σωεί-
 ρημαι κατὰ δέουσαν τῆς ψήφω τῶν-
 τη, ἔ βλαβόδομαι ἀπὸ προσώπου τῆς
 θεοῦ προσδραμεῖν οὕτως βικόλως, ἔ
 ὡς ἐτυχεν ἀπεισεπέπλωσ, ἵνα μὴ ἴσο-
 πέσω φοβεροῦ κατακρίματι. εἰ γὰρ ὁ
 θεοῦ φωνῶν ἀκροασάμενος, οὐρανὸν
 τε ἐξηκῶς παιδὸς βίη, καὶ παρα-
 δέουσι θεοῦ γηρόδομος, ἀκούσας τε
 ἀρρητὰ ῥήματα, καὶ βασάσας τὸ ὄνο-
 μα τῆς θεοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασι-
 λέων, Παῦλος ὁ θεοῦ ἀπόστολος Κο-
 ενθίοις γράφων ἔλεγε· μὴ πως ἄλ-
 λοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γηώ-
 μαί· πῶς ἐγὼ ὁ τῶ κόσμῳ συνανασρε-
 φόδομος, ἔ μὲν λαϊκῶν ἡελεθημῶν, καὶ
 στρατιωτῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς
 ὑπηρεσίαις, οὕτω χωρὶς ἀνακρίσεως
 καὶ ἀπεισεπέπλωσ διώδομαι εἰσαποδῆσαι
 εἰς τὸ ἱεροσώτης μέγεθος; φοβερόν τὸ
 ἐχέρισμα πρὸς τὸ ἐμὲν μικρότητα,
 θρασὺ τὸ ἀπὸ τῆς θεοῦ· ἡ δὲ αἰτία μά-
 λιστα τῆς φόβου ἔ τῆς ἐμῆς παραγι-
 σεῶς ἔστιν αὐτή. ὁρῶ ἔ βλέπω τὴν τῆς
 πύου πέτρας Χριστοῦ θεοῦ ἡμῶν τε δε-
 μελιωμῶν ἐκκλησίαν αὐτῶν διεσ-
 σμένω νῦν ἔ διηρημῶν, ἔ ἡμᾶς ἄλ-
 λοτε ἄλλως λαλοῦντας, ἔ τὸν τὸ ἀνα-
 θεῶν ὀμῶσις ἡμῶν Χριστιανοὺς ἐπέ-
 ρος ἔ συμφωνοῦντας μὲν αὐτοῖς τὸν
 τὸ δόσεως, ἡλλοξομῶν ἡ ἡμᾶς ἐκεί-
 νων ἀπάντων, ἔ καθ' ἐκάστῳ ἴσο αὐ-
 τῶν ἀνάθεμα πρὸς ἡμῶν. δεινὸν ἔστι τὸ
 ἀνάθεμα, πόρρω τῆς θεοῦ βάλλει, καὶ
 τῆς βασιλείας τῆς οὐρανῶν ἐκδιώκει,

ANNO
 CHRISTI
 787.

ἀπέχον εἰς τὸ σκότος τὸ ἄζωόν. ἐκ οὐ-
 δὲν ὁ τῆς ἐκκλησίας νόμος ἔστος ἐρεῖν
 ἢ φιλονεικίαν, ἀλλ' ὡσπερ οἰδὲν ὁμο-
 λογεῖν βίσεως ἐν βάπτισμα, μίαν πί-
 σιν, οὕτω καὶ συμφωνίαν μίαν ἐπι-
 παντός ἐκκλησιαστικοῦ πρᾶγματ. **Θ**.
 οὐδὲν γὰρ ἕτως ὅστιν ἐνώπιον ἔστος θεοῦ δια-
 πόδεκτον ἔστω ἀρεσον, ὡς τὸ ἐνώπιον
 ἡμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι μίαν καθολικὴν
 ἐκκλησίαν, καθὰ καὶ ἐν τῷ συμβόλῳ
 τῆς εἰλικρινοῦς ἡμεῖς πίστεως ὁμολογεῖ-
 μεν. καὶ ἀγαπᾶμεν, ἀδελφοὶ οἶμαι δὲ
 καὶ ὑμεῖς, ἐπειδὴ γινώσκω **Ϡ** φόβον
 τῆς θεοῦ ἔχον ὑμᾶς· παρὰ τῆς βίσε-
 σαίων ἔστω ὁρθοδόξων βασιλέων ἡμεῖς,
 σωσθὲν οἰκουμένην σωαθεριάζει-
 ναι, ἵνα ἡγεῖσθαι **Ϡ** τῆς ἐνός θεοῦ ἐν-
 καὶ **Ϡ** τῆς τελεῆδος, ἡνωμένοι ὁμο-
 ψυχοὶ καὶ ὁμόθυμοι. **Ϡ** τῆς κεφαλῆς
 ἡμεῖς Χριστοῦ, σῶμα ἐν σωαρμο-
 λογίᾳ **Ϡ** συμβίβαζομεν **Ϡ** τῆς
 ἀγίου πνεύματ. **Ϡ**, οὐ κατ' ἀλλήλων,
 ἀλλὰ σὺ ἀλλήλοις. **Ϡ** τῆς ἀληθείας,
 τὸ αὐτὸ φρονουῦντες καὶ λέγοντες, καὶ
 μὴ ἢ ἕως καὶ διχοστασία ἐν ἡμῖν. ὅ-
 πως ἢ εἰρήνη τῆς θεοῦ ἢ ὑπερέχουσα
 πάντα νοῦν, φρουρήσει πάντας ἡμᾶς.
 καὶ εἰ μὲν οὐκ ἐκλείσιν **Ϡ** τῆς ὁρ-
 θοδοξίας πρᾶγματ βασιλεῖς ἡμεῖς ἐ-
 πι τῇ ἐμῇ διλόγῳ ἀπίστῳ ἐπιπέδου, συλ-
 καταπέδημα καὶ, καὶ πᾶσι κέλεισιν
 αὐτῶν ἐκπληροῦν, καὶ ἡμεῖς πᾶσι ψῆ-
 φον ἀσπαζόμεναι· εἰ δὲ μή γε, ἀδυνα-
 τως ἔχω τὸ ποιοῦναι, ἵνα μὴ ὑπο-
 βληθῶ τῷ ἀνάθεμα, καὶ ἀρεθῶ κα-
 ταδικασμένος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρι-
 τῆς τῆς ὄλων καὶ τῆς δικαιοσύνης· ἐνθα
 οὔτε βασιλεῖς, οὔτε ἱερεῖς, οὔτε ἀρχον-
 τες, ἕτε πλῆθος ἀνθρώπων δυνάται με
 ἄλλοθεν. **Ϡ** εἴπ' ἀρεσον ἔστω ἀρεσον ὑμῖν

Concil. Tom. 19.

& ducit in tenebras exteriores.
 Nescit ecclesiæ lex vel terminus
 sectam siue contentionem; sed
 sicut nouit confiteri vnum bap-
 tisma, vnam fidem, ita & con-
 cordiam vnam in omni eccle-
 siastico negotio. Nihil enim est
 in conspectu Dei tam acce-
 ptum atque placabile, quam vt
 vnum simus, & vna efficiamur
 ecclesia catholica, quemadmodum
 in sinceræ nostræ fidei
 symbolo confitemur. Et peti-
 mus nos, fratres, vt reor & vos,
 quoniam scio vos timorem Dei
 habere, a piissimis & ortho-
 doxis imperatoribus nostris Syno-
 dum vniuersalem colligi: vt ef-
 ficiamur nos, qui vnus Dei su-
 mus, vnum; & qui Trinitatis
 cultores existimus, vniti & v-
 nanimes & collegæ; & qui capi-
 tis nostri Christi sumus, efficiamur
 corpus vnum, compactum
 atque connexum: & qui sancti
 Spiritus sumus, efficiamur non
 contra inuicem, sed pro inui-
 cem: & qui veritatis existimus,
 efficiamur id ipsum sapientes at-
 que dicentes, & non sit in no-
 bis certamen siue dissensio: vt
 pax Dei, quæ exsuperat om-
 nem sensum, muniat omnes
 nos. & si quidem iusserint or-
 thodoxiæ propugnatores, im-
 peratores videlicet nostri, po-
 stulationi meæ iustæ annuere,
 consentio & ego, & iussionem
 eorum implebo: sin autem, im-
 possibile mihi est hoc facere, ne
 subiiciar anathemati, & inueni-
 ar condemnatus in die Do-
 mini nostri & iusti iudicis; vbi
 neque imperator, neque sacer-
 dos, neque princeps, neque ho-
 minū multitudo poterit eripere
 me. & quidquid placuerit vobis

F ij

fratres, date apologiæ meæ, imo vero petitioni meæ responsum. Et libenter audierunt omnes quæ dicta sunt, consensum præbentes, vt fieret Synodus. Quidam autem perpauci ex infipientibus differebant. At vero qui a secretis, rursus ad populum disputans respondebat, quia dominus Leo imperator subuertit imagines; & quando Synodus facta est, subuerfas illas inuenit: & quod propter imperatoriam manum subuerfæ sunt, iterum quæstionem habet idem capitulum; quoniam antiquam consuetudinem in ecclesia traditam præsumpserunt, sicut eis libitum fuit, exterminare: sed veritas Dei non est alligata. Promotus autem scripsit synodicas literas patriarchis, Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, & sanctæ ciuitatis, quas inuenies II. & III. actione cum rescriptis eorum.

Conscriptio breuis indicans quæ facta sunt ante Synodum.

VENIENTIBVS itaque a Roma quidem Petro & Petro Deo amicissimis presbyteris, & deferentibus prælatis literas: ab oriente vero, Ioanne & Thoma reuerendissimis presbyteris & monachis atque syn-cellis patriarcharum ibidē existentium, & ipsis pari modo deferentibus prænotatas literas, præceperunt * instauratores imperii conuenire episcopos. Qui cum peruenissent in conferuatam a Deo & regiam urbem, apud Thraciam moras faciebant potentissimi principes. Plures autem ex ipsis in heresi

* moderatores

ἀδελφοί, δότε τῆς ἐμῆς ἀπολογίας, φράσαι ἢ μᾶλλον αἰτήσεις ἢ δόκιμωσιν ἀσμένως ἢ ἠεροδοσεύτω πάντες τῶ ληθόντων, συμφωνήσαντες τῶ χυέσται σωόδου. πνές δὲ ὀλίγοι τῶ ἀφρόνων ἀνεβάλλοντο. ὁ ἢ ἀσκηρῆτις πάλιν πρὸς τῶ λαὸν διαλεγεμένη ἀπεκρίνατο. ὅτι ὁ κύριος Λέων ὁ βασιλεὺς κατεστρέψαται εἰκόνας, καὶ τῶ σωόδου, ὅτε ἐγγύπο, κατεστραμμένας αὐτὰς ὕρε. Ἐ διότι δὸτ βασιλικῆς χάριτος κατεστράφηται, πάλιν συζητήσων ἐχθρὸ κεφάλαιον, ὅτι δεχθῆσαν σωήθησιν ὡς ἀδεδομένω ἐν τῆ ἐκκλησίᾳ κατεπόλησων, ὡς ἐδόξεν αὐτοῖς, ἀφαιρέσων. ἀλλ' ἢ δληθῆσται τῶ θεοῦ δέδετα. πρὸς χεραδεῖς δὲ ἐγραψα σωόδου τοῖς πατελαρχαῖς, Ρώμης, Ἀλεξάνδρειας, Ἀντιοχίας, Ἐ τῆς ἀγίας πόλεως. ἀπὸ ἕρησῆς ἐν τῆ δευτέρῃ καὶ τρίτῃ φράξει μῆτ Ἐ τῶ ἀιτηράφωσιν ὡς αὐτῶν.

Συγγραφή σωτόμος δηλωτική τῶ φραχθέντων πρὸ τῶ σωόδου.

ΕΛΘΟΝΤΩΝ δὸτ μὲν Ρώμης ἐπέστρω καὶ Πέστρω τῶ θεοφιλεσάτων πρεσβυτέρων, καὶ δότικομισαίντων τὰ πρὸς ἀναφερόμενα γράμματα. ἐκ δὲ τῆς ἀνατολῆς, Ιωάννου καὶ Θωμᾶ τῶ ἐλαβεσάτων πρεσβυτέρων καὶ μοναχῶν Ἐ συγκέλλων γυρομένων τῶ ἐκείσε πατελαρχῶν, καὶ αὐτῶν ὁμοίως ἀγαγόντων τὰ πρὸς δηλούμενα γράμματα, πρὸς ἐταξάτω Ἐ τὸ βασιλεῖον πρυτανύοντες σωμαδεσιν αὐτῶν Ἐ τῶ Ἰπποκόποις, αὐτῶν ἢ ἀφικομένων ἐν τῆ θεοφυλάκτω Ἐ βασιλίδι πόλει, ἐν τῆ Θράκη τὰς διατελας ἐποιουῶτο Ἐ αὐτοῖ κράτσοι βασιλεῖς. Ἐ δὲ πλείοις τῶ Ἰπποκόπων τῆ αἰρέσει τῶ


ANNO
CHRISTI
787.

Χριστιανοκατηγόρων ἐγκαλινδομήμοι
ἐτύμβον μὲν λαϊκῶν πινων πολλῶν
Συμβῶν, μὴ καταδέχεται γνέσθαι
συνόδον, ἀλλὰ σιχεῖν τῆ κατεπέξει
τῆ ὑβρεῖ τῆ σπηλῶν εἰκόνων καὶ φρα-
σεως ἐκ ὀλίγας ἐψευδισμοῖς κατὰ
τῆ πατριαρχου κινουῦτες, ὡσεὶ καὶ
παρασωαγωγὰς ἐποιουῦτο. πῶτα
οὐ βουλευομένων αὐτῶν, ἐκ ἔλαθε
ταῖ ἀκοαῖς τῆ πατριαρχου, ἀλλ' ἐπι-
ταῖ ἀφασωαγωγὰς αὐτῶν ποιουμέ-
νων, ἐδήλωσαν αὐτοῖς, ὅτι ἡ Κωνσταντι-
νούπολις ἐπίσκοπον ἔχει. ἕκτος εἰδή-
σεως αὐτῶν ἐστὶν ὑμῖν ἀδὲα ποιεῖν
παρασωαγωγὰς. ἐπεὶ καὶ τῶν κα-
νόνας τῆ καθερέσει ὑποβάλλεσθε. καὶ
ἀκούσαντες οἱ ἐπίσκοποι ἑαυτοῖς συνέ-
σταν φόβῳ πνὶ συχεθέντες. εἰσελθόν-
των οὐ τῆ βασιλέων, ἐ τῆ λαοῦ τῆ
πατριάρχων, σχολαίων, * ἔκκουβιτα-
ρίων τε καὶ τῆ λοιπῶν στρατευμάτων
τῆ στρατευομένων ἐν τῆ βασιλίδι πό-
λει, ὁρίζεται γνέσθαι ἢ συνόδος ἐν
τῶ σπηλῶ ναῷ τῆ ἀγίας ἐ πανθφῆ-
μων ὁποσῶλων. τῆ παρὸ μαῖς οὐ τῆς
τακτῆς ἡμέρας κατὰ τὸ δελινὸν ἐκι-
νήθησαν ὁ στρατιωτοὶ θυμῶ ζέον-
τες, ἐ μαίαν πνέοντες. καὶ ἐλθόντες
ἐν τῶ λουτῆρι τῆ ἀγίας καθεολικῆς ἐκ-
κλησίας, ἄλλος πρὸ ἄλλο ἔκραζε. πάν-
των δὲ ἡ φωνὴ εἰς ἐν κατέληγε, μὴ κα-
ταδέχεται γνέσθαι συνόδον. τῆ πίνω
πατριαρχου ἀιαναρῶτος τῆ ὑποδείσιν
τοῖς βασιλέσιν, οὐδαμῶς ἀπεκωλύθη
τὸ γνέσθαι τῆ συνάθροισιν τῆ ἐπίσκοπων
ἐν τῶ προσηρημένῳ σπηλῶ ναῷ. ἀλλὰ τῆ
ἐπαύριον γίνεται ἢ σωαγωγὴ τῆ ἐπι-
σκοπων ἐν αὐτῶ. καὶ γυομῶν πινῶν
διαλαίων ἀφῶ τε ἢ ἀνωπάτου πα-
τριαρχου, ἐ τῆ θεοφιλεσῶτων ἐπι-

Christianos accusantium volu-
tati conturbabant vna cum qui-
busdam non paucis laicis, non admittendum ad effi-
ciendam Synodum, sed con-
fentiendum depositioni & ini-
uriæ venerabilium imaginum;
& factiones non paucas & fu-
furrations contra patriarcham
commouebant, ita vt conuen-
ticula facerent. Hæc ergo con-
siliantibus illis, aures non latuit
patriarchæ, sed adhuc concilia-
bula sua facientibus, direxit eis,
quia Constantinopolis episco-
pum habet, & præter notitiam
eius non est vobis licentia con-
uenticula faciendi. Nam secun-
dum Canones depositioni subi-
icimini. Quo audito episcopi
retraxerunt se timore quodam
obfessi. Intransibus itaque im-
peratoribus, & populi ordini-
bus, scholaribus videlicet, excu-
bitoribus, & ceteris militiis
quæ militabant in regia vrbe,
definitur fieri Synodus in ve-
nerabili templo sanctorum &
laudabilium apostolorum. Igi-
tur pridie quam statutus dies
aduenisset, per meridiem com-
moti sunt milites furore feruen-
tes, insaniamque spirantes; &
venientes ad luterem sanctæ
catholicæ ecclesiæ, aliud atque
aliud clamabant. Sed vox om-
nium in vnum terminabatur,
quia videlicet non esset permis-
sum fieri Synodum. Porro pa-
triarcha relata causa imperato-
ribus, nequaquam prohibitus
est, quo minus fieret episco-
porum conuentus in prædicto
venerabili templo. * factisque
quibusdam allocutionibus tam
a sanctissimo patriarcha, quam
a Deo amabilibus antistitibus,

* ἔκκουβι-
τῶν

Gr. est, sed
postridie fa-
cta est con-
gregatio e-
piscoporum
in ipso.



& lectis quibusdam synodicis conscriptis, quæ perhibent, non oportere aliquando Synodum vniuersalem fieri præter consensum ceterorum sanctissimorum patriarcharum : cumque legerentur hæc, facta est turba militum, & ante ianuas venerandi templi similitatem & clamorem faciebant, qui ex summisione quorundam episcoporum, qui in Synodo male sentiebant, ad hoc moti, reperti sunt esse. Quibus peractis, imperium per cubicularium omni Synodo iussit dicere : Interim abscedite, vt populi inordinatum impetum euadamus ; & posthac voluntas Domini fiet : taliter quod antistitibus e templo egredientibus, quidam eorum veritati resistentes cum turba concinnauerunt, & impie declamationem faciebant pseudofyllogi, (* Sed catholicus scriptor hereticorum Conciliabulum, quod ante hanc Synodum factum est, quodque septimam Synodum appellabant, pseudofyllogum, falsum collegium nuncupat) vt septimam hanc Synodum collaudantes atque nominantes. Cum ergo taliter malignum Concilium clamorẽ emisisset, & hora esset quasi sexta, domum iam e-furientes abibant, & ita commotio seditionis sopita est. Tunc imperatores iusserunt milites exire, quasi sub prætextu quidem hostilis aciei, dantes famam, quod gens Agarenorum hostiliter fuisset egressa. In veritate autem eos foras pellebant de regia ciuitate. Ergo cum fecissent isti viam vsque ad Malagenam, per iussionem eorum omnes expellebant pariter & * aspernabantur, ne horum cura fieret, iubentes singulos abire in patriam suam. Quibus ita peractis, mansit eccle-

σκόπων, & ἀναγνωθέντων πινῶν σω-
δικῶν ἤδη διαγορευόντων μὴ δεῖν γινέ-
σθαι ποτὲ συνόδον οἰκουμηνικὴν ὑπε-
κτὸς συμφωνίας τῶν λοιπῶν ἀγιωτάτων
πατριάρχων, & τούτων ἀναγνωσκομέ-
νων, ὄχλος ἐκινήθη πολὺς ἤδη στρατευο-
μένων, & πρὸ τῶν πυλῶν τῆς σεπτοδοξαοῦ
στάσιν & κραυγῶν ἐποιούτω, ὡς ὑπο-
βολῆς πινῶν ἤδη ἐν τῇ συνόδῳ κακο-
φρόνων ἠπισκόπων εἰς τὴν κινήσοντας.
ὧν γινόμενων, ἡ βασιλεία ἐκέλευσε
διὰ κουβικουλαρίου πάσης τῇ συνόδῳ
προσπεῖν· τίως ὑποχωρήσατε, ἵνα ἡ
τῆς λαοῦ ἀτακτοῦ φορὰ ἐκφυγῶμεν
καὶ μὴ ἴδωμεν τὸ δέλημα τῆς κυρίου γρηθήσε-
ται. οὕτως γὰρ ἤδη ἠπισκόπων ἐκ τῆς ναοῦ
ἐξελεθόντων, πινὲς αὐτῶν ἀντιπαστῆροι
τῇ ἀληθείᾳ, τῶ ὄχλῳ συναπήχθησαν, καὶ
δυσσεβῶς ἀν᾿ ἄρρησιν ἐποιούτω ἔμε-
δουλλόγου, ἐβδόμεν τούτων συνόδον
διφρησῶτες. οὕτως οὖν τῆς πονηραῖς
βουλῆς κραυγῶν ἀφείσθης, & ὡρας ἕ-
στις ὡσεὶ ἑκτῆς, γυρόμενοι προῦπαστοι
οἴκαδὲ ἐπορεύοντο· καὶ ἕτως ἡ τῆς στασῶς
κίνησις εἰς σιγὴν κατέστηκε. τίμια δὲ οἱ
βασιλεῖς ἐκέλευσαν τῶν στρατιωμέ-
νων ἐξελεθῆναι, προφασάμεν ὑπὸ τῆς
ξείας ἐχθροῦ, δόντες φήμεν, ὅτι τὸ ἔ-
θνος τῆς Ἀγαρηῶν φασαλικῶς ἐξέρ-
χεται· τῇ ἡ ἀληθείᾳ ἐξωτὸν βασιλευού-
σης αὐτῶν ἐξήλασον πόλεως. τούτων
οὖν τῶ ὄδῳ ποιησάντων ἕως τῆς Μαλα-
γίνων, διὰ κελύσεως αὐτῶν ἀπανταίς
ἐξώδου καὶ ἀπέβαλλοντο, ἕ μὴ χεῖρα
αὐτῶν ποιῆσαι, κελύσαντες ἕκαστον
ἀπελεθῆναι εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα. τούτων
οὕτως παραχθέντων διέμεινεν ἡ ἐκκλη-

* Verba A-
nastasi.

* & dimittant,
quod eorum
opera non
indigerent.

ANNO
CHRISTI
787.

σία ἐνιαυτὸν ἓνα ἐν ἰουλίᾳ, καὶ μὲν
νϞ οὐ πατριάρχης Ϟ τῆς ἀληθείας
λόγον πᾶσιν ἐκήρυξε. καὶ δὴ τῷ ἐνιαυτῷ
αὐτῷ ἡμετέροις, αὐτῶν παροσέταστον
Ϟ ἑσπεύει βασιλεῖς τῶν ὀρθοδόξων σω-
δοῦν ἐν τῇ Νικαίᾳ μητροπόλει καὶ ἡ
πρόσθεξις εἰς πᾶσας κατὰ πόλεις, ἡ δὲ
συνόδου δὴδεν σωαθροισθέντων. ὡσαύ-
τως καὶ ὁ πατριάρχης μετὰ τῶν τοπο-
τηρητῶν τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως
παρεχθέντες ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ γέ-
γονεν ἡ συνόδος διδοκίμα θεοδοκῆ τὰς
ἐπιφροσύνας παροσέταστον.

fia anno vno quieta, tantum-
modo patriarcha verbum veri-
tatis omnibus prædicante. Et
mox anno tranfacto, denuo præ-
cipiebant piissimi imperatores,
vt fieret Synodus in Nicæno-
rum metropoli: & præceptum
deueniebat in finem, * episco-
pis quasi congregatis in vnum.
similiter & patriarcha cum vi-
cariis orientis & occidentis ad
eamdem peruenit urbem: &
facta est Synodus beneplacito
Dei secundum actiones quæ
proferuntur.

* episcopis
f. cong.

Ἐπισημασία τῆς ἐν Νικαίᾳ σω-
δοῦ τῷ δ' αὐτῷ Ϟ.

Monumenta Synodi apud Ni-
cæam secundo celebratæ.

Πρῶτος παροσέταστον.

PRIMA ACTIO.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἔ δεαστότου
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡ-
μῶν βασιλείας τῶν ἑσπεύειστων ἔφι-
λοχέιστων ἡμῶν δεαστότου Κωνσταντίνου
ἔ Εἰρήνης τῆς αὐτῆς μητρῆς, ἑποισ ὀγ-
δοῦ τῆς αὐτῆς ἰσπατίας, παρὸ ὀκτώ
καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἰνδίκων Ϟ
ἐνδεκάτης.

IN nomine Domini & domi-
natoris Iesu Christi veri Dei
nostri, imperio piissimorum &
amicorum Christi dominorum
nostrorum Constantini & Ire-
nes matris eius, octauo anno
consulatus eorum, octauo Ka-
lendas Octobrias, indictione
XI.

Συνελθούσης τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμε-
νικῆς συνόδου, τῆς κατὰ θεὸν ἡμετέρας
ἑσπεύειστων ἡμῶν αὐτῶν θεοκωφ-
των βασιλέων σωαθροισθέντων ἐν τῇ
Νικαίᾳ λαμπαρῶν μητροπόλει τῆς Βι-
θυνῶν ἐπαρχίας· τουτέστι, Πέτρου ἔπι-
σκοποῦ πατριάρχου τῆς ἀνατολῆς καὶ
τῆς ἰσπατίας ἀγιωτάτου ἐκκλησίας τῆς
ἀγίας ἀποστόλου Πέτρου, καὶ Γέροντος τῆς
ἀνατολῆς πατριάρχου, μοναχοῦ ἔ
ἡγουμένου τῆς κατὰ θεὸν ἡμετέρας
μονῆς τῆς ἀγίας Σάββα, ἐπελόντων Ϟ
τόπον τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἔ ὀσώ-
τατου ἔ ἀγιωτάτου ἑρχιεπισκόπου τῆς

Conueniente sancta & vni-
uersali Synodo, quæ per diui-
nam gratiam & piam sanctio-
nem eorundem Deo confirma-
torum imperatorum congrega-
ta est in Nicensium clara me-
tropoli Bithyniensium prouin-
ciæ: id est, Petro reuerendissi-
mo archiepiscytero sanctissimi-
mæ Romanæ ecclesiæ scilicet
apostoli Petri, & Petro reue-
rendissimo presbytero, mo-
nacho & abbate venerabilis
monasterii sancti Sabbæ Ro-
mæ siti, retinentibus locum
apostolicæ sedis almi & san-
ctissimi archiepiscopi senioris

ANNO
CHRISTI
787.